



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011860X

§. 92. Canones circa Communionem sub utraque specie, & de
Communione parvulorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

Sæcul. XVI.
A.C. 1562.

§. XCII.

*Canones circa Communionem sub
utraque specie, & de commu-
nionem parvulorum.*

CANON I.

„Si quis dixerit : ex Dei præcepto, vel
„necessitate salutis, omnes, & sin-
„gulos Christi fideles utramque speciem
„Sanctissimi Eucharistiæ Sacramenti fu-
„mere debere, anathema sit.

CANON II.

„Si quis dixerit : sanctam Ecclesiam
„Catholicam non justis causis, & ra-
„tionibus adductam fuisse, ut laicos, at-
„que etiam Clericos non conficientes,
„sub panis tantummodo specie com-
„municaret, aut in eo errasse, anathe-
„ma sit.

CANON III.

„Si quis negaverit : totum, & inte-
„grum Christum, omnium gratiarum
„fontem, & auctorem, sub una panis
„specie sumi, quia, ut quidam falso asse-
„runt, non secundum ipsius Christi in-
„stitutionem sub utraque specie sumi-
„tur, anathema sit.

CANON

CANON IV.

Sæcul. XVI.
A. C. 1562.

„Si quis dixerit: parvulis, antequam ad annos discretionis pervenerent, necessariam esse Eucharistiæ Communionem, anathema sit.

§. XCIII.

Alii duo articuli circa idem argumentum a Synodo ad aliud tempus reservati.

Hanc in rem Synodus ita pronuntiat:
 „Duos articulos alias propositos, nondum tamen excussos, videlicet, an rationes, quibus sancta Catholica Ecclesia adducta fuit, ut communicaret Laicos, atque etiam non celebrantes Sacerdotes, sub una tantum panis specie, ita sint retinendæ, ut nulla ratione calicis usus cuiquam sit permitendus, & an, si honestis, & christianæ charitati consentaneis rationibus concedendus alicui vel nationi, vel Regno calicis usus videatur, sub aliquibus conditionibus concedendus sit, & quænam sint illæ, eadem sancta Synodus in aliud tempus, oblata sibi quamprimum occasione, examinandos, atque definiendos reservat.

§. XCIV.

Reformationis Decretum.

N 5

Per-